



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber De Prvdentia Ivstorvm**

**Juan <de Jesús Maria>**

**Coloniae Agrippinae, MDCXIV**

Cap. XV. Hortatur ad fortitudinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46940)

84 *De Prudentia iustorum.*

mei, pro quibus dolores, & agones mortalitatis tuli, & quos carne, & sanguine meo paui & potavi, obliti sunt mei. Cōuertimini iam, filij mei, ad vos ipsos, & offerte mihi, in hostiam laudis, vitulos cordium, & labiorum vestrorum. Sacrificium enim laudis honorificabit me: & dabo vobis pluuiam voluntariam fontis viui, quem ingratitude siccauerat. Si volueritis, & audieritis me benefaciendi cupidissimum, bona terræ viuentium comedetis. Abyffus inuocabit abyffum in lege misericordiarum mearum: quæ descendent in capita vestra, sicut in verticem Nazaræi. Non erit terra vestra, sicut terra Aegypti, in qua, in hortorum morem, aquæ per fossas ducuntur irriguæ: Sed meliori sorte largissimas de cælo pluuias recipiet: Et ego allectus gratitudine vestra, prosperabo vos victuros mecum cum sole, & ultra lunã, & numerabo vos inter dulcissimos filios cordis mei.

C A P. XV.

*Hortatur ad fortitudinem.*

**C**ERTATE bonum certamen fidei, &



ordinata. Sed quid modò dicam vobis, de nimis delicatis militibus meis, qui apparentia tentationum, & persecutionum pericula expauescunt; quasi ab increpatione mea non dormitarent inimici eorum, qui ad præliandum ascēderunt equos? An & ego non ascēdi equos meos, & quadrigæ meæ est ipsa saluatio? Nimia debilitas fidei, nimia incredulitas, est hæc. Quid timetis umbras amici mei? Sequimini potiùs me; mundum, tartarumque contemnite, & hostes vestri territi discedent. Si semel fortiter adhæseritis mihi, nequè mors, nequè vita, nequè persecutio, nequè gladius, nequè instantia, nequè futura, nequè creatura alia poterit vos separare à charitate mea. Ponite pedes vestros super colla regum Madian, & Reges Amorrhæos, vsque ad interuersionem delete. Cùm ingruerit bellum magnorum periculorum, & occasio ferendæ pro me mortis institerit, recordamini mei: & in hostes vestros audacter irruite. Pugnate pro lege noui, & æterni testamenti mei, & victorias cogitate. Ego dux vester ero, & splendidi-

dissimam

diffimam coronam ineffabili consolatione plenam, pro victoria reddam. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: vestietur vestimentis albis: & scribam super eum nomen suauissimum meum, & nomen Ciuitatis nouæ Ierusalem.

## CAP. XVI.

*Hortatur ad Iustitiam.*

**I**VSTVS est Altissimus Pater meus, & iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Quocirca, filij mei, si tanti Patris adoptio vobis placet, iustitiã toto corde diligite, & iniquitatem odio habete. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Reddite mihi sacrificium cordis contriti, & humiliati, & perenne amoris holocaustum in altaribus cordium immolate. Reddite superioribus fidelissimam obedientiam, æqualibus suauitatem, minoribus instructionem in spiritu lenitatis. Nemini quicquam debeatis, nisi debitum vnum, à quo vos liberare nolo, scilicet vt inuicem  
in æter-